

Der nachstehende Text ist in angemessenes Deutsch zu übersetzen:

Didaktischer ‚Leitfaden‘ eines Rhetoriklehrers

Sumat igitur ante omnia parentis erga discipulos suos animum, ac succedere se in eorum locum a quibus sibi liberi tradantur existimet. Ipse nec habeat vitia nec ferat. Non austertas eius tristis, non dissoluta sit comitas, ne inde odium, hinc contemptus oriatur. Plurimus ei de honesto ac bono sermo sit: nam quo saepius monuerit, hoc rarius castigabit; minime
5 iracundus, nec tamen eorum quae emendanda erunt dissimulator, simplex in docendo, patiens laboris, assiduus potius quam immodicus. Interrogantibus libenter respondeat, non interrogantes percontetur ultiro. In laudandis discipulorum dictionibus nec malignus nec effusus, quia res altera taedium laboris, altera securitatem parit. In emendando quae
10 corrigenda erunt non acerbus minimeque contumeliosus; nam id quidem multos a proposito studendi fugat, quod quidam sic obiurgant quasi oderint. Ipse aliquid, immo multa cotidie dicat quae secum auditores referant. Licet enim satis exemplorum ad imitandum ex lectione suppeditet, tamen viva illa, ut dicitur, vox alit plenius, praecipueque praceptoris quem
discipuli, si modo recte sunt instituti, et amant et verentur. Vix autem dici potest quanto
libentius imitemur eos quibus favemus.
15 Minime vero permittenda pueris, ut fit apud plerosque, adsurgendi exultandique in laudando licentia. At nunc proni atque succincti ad omnem clausulam non exsurgunt modo verum etiam excurrunt et cum indecora exultatione conclamant. Hinc tumor et vana de se persuasio usque adeo ut condiscipulorum tumultu inflati, si parum a praceptore laudentur, ipsi de illo male sentiant. Ideo, si fieri potest, intendendus animus in hoc quoque, ut perspiciat quae quisque et
20 quo modo laudet, et placere quae bene dicet non suo magis quam eorum nomine delectetur qui recte iudicabunt.

Hilfen zur Übersetzung

3 *dissoluta*: ≈ *immodica* – *comitas*: Freundlichkeit

16 *pronus atque succinctus*: (≈ Adv.) spornstreicherisch, unverzüglich

17 *tumor*: Aufgeblasenheit

19 *animus*: erg. *magistri*